

mia ponuntur contra tria precepta, quae sunt ad Deum in prima tabula. Nec obstat, quod Christus in ultimo loco haec nominaverit, quia praesua nimia charitate in homines, quae hominum commodo aduersabantur, primo recensuit.

99. Secundò respondent alij. Quòd Christus haec septem peccata expresserit, quia ad illa, omnia reducuntur, v. g. ad fornicationem omnis coitus, & usus membrorum illicitus, ut vult Carthusianus; & ideo pluraliter fornicationes; nam si de sola simplici esset sermo, fat erat dicere in singulari fornicatio.

100. Tertio respondendum est cum Abulensi q. 54. Quòd Christus in praesenti intendebat ostendere, quòd nihil intrans in os coquinabat hominem; sed vitia, quae à corde exeunt: & quamvis ad hoc fat esset dicere: Cogitationes malae: ad hoc explicandum posuit multas species peccatorum, quarum aliquas scribit D. Matthaeus, & plures refert D. Marcus; & quia valde longum esset recensere omnia vitia, in exemplum adauxit aliqua, & ea, quae sunt communiora.

101. Quartò, Christus apposuit haec peccata, caetera sub illis intelligens: qui enim vno peccato coinquatur, caeteris etiam implicatur, & qui ostium aperit vni diabolo, reliquos in se admittit. Erat in Synagoga eorum homo in spiritu immundo, & exclamavit, dicens: Quid nobis, & tibi, Iesu Nazarene? venisti perdere nos? Marci 1. n. 23. Immundus spiritus, qui expellebatur ab homine, vnus erat; & tamen tanquam de pluribus querimoniam ponit erga Iesum: cum enim vnus spiritus immundus superabatur, caeteri prostrati videbantur, non enim regnat vna immunditia, nisi connexa cum aliis; & ideo vna expugnata, caetera abiiciuntur. D. Chryso- stomus homil. 5. Quid dicit, ait, quid nobis, & tibi? vnus est, & de pluribus confitetur: In eo enim, quod vincitur, intelligit, & suos secum esse superatos.

Ait S. Stephanus Acto. 7. n. 41. Vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hostiam simulacro, & latabantur in operibus manuum suarum. Conuerit autem Deus, & tradidit eos seruire militiae caeli. Vnum vitulum fecit Israel; & inde ad adorandam omnem militiam caeli, nimirum Solem, Lunam, & stellas prolapsus est. Sic enim res se habet, ut vnum peccatum multa secum trahat; & ex vna iniquitate in multas prolabitur homo. D. Cyrilus Alexandrinus in cap. 5. Amos. Vide diuinum Stephanum, inquit, testimonium dixisse, eos fabricasse vitulum, & ad colendam militiam caeli conuersos esse.

D. Chryso- stomus homil. 5. Quid dicit, ait, quid nobis, & tibi? vnus est, & de pluribus confitetur: In eo enim, quod vincitur, intelligit, & suos secum esse superatos. Ait S. Stephanus Acto. 7. n. 41. Vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hostiam simulacro, & latabantur in operibus manuum suarum. Conuerit autem Deus, & tradidit eos seruire militiae caeli. Vnum vitulum fecit Israel; & inde ad adorandam omnem militiam caeli, nimirum Solem, Lunam, & stellas prolapsus est. Sic enim res se habet, ut vnum peccatum multa secum trahat; & ex vna iniquitate in multas prolabitur homo. D. Cyrilus Alexandrinus in cap. 5. Amos. Vide diuinum Stephanum, inquit, testimonium dixisse, eos fabricasse vitulum, & ad colendam militiam caeli conuersos esse.



CAPVT II.

Chananaea clamans.

Matth. 15. Et egressus inde Iesus cessit in partes Tyri, & Sidonis.

VERSIONES.

Theophylact. Et digressus illinc Iesus. Variablis. Venit in fines Izour.

D. Paschasius In partes Tyri, & Sidonis, lib. 7. in quae vrbes proxima mari erant. Matth.

ALTER TEXTVS.

Marci 7. n. 24. Et inde surgens abiit in fines Tyri, & Sidonis: & ingressus domum, neminem voluit scire, & non potuit latere.

EXPOSITIO I.

OST narrata superiorem historiam, hanc de Chananaea scribunt duo Euangelista Matthaeus, & Marcus. Egressus inde, à terra nempe Genesar, in qua superiora peracta sunt. D. Basil. S. leuc. orat. 20. Egressus inde. Vnde? Vbi, diuina perficit, calumnias peritur; ubi, dum morbos sanat, fert contumeliam; dum beneficentia vritur, non creditur. In Genesar multa miracula fuerat Dominus operatus. Matth. 14. n. vlt. & tamen multa obduratione, ac ingratitude persistit; ex quo promeruit, ut à Domino derelingeretur. In partes Tyri, & Sidonis. Duae erant vrbes maritimae Gentilium valde celebres in prouincia Phoenicia, vicinae Galilaeae versus Septentrionem, monti Libano propinqua. Tyrus caput erat prouinciae; & ut notat Abulensis q. 55. multo praestantior Sidone ob multitudinem mercatorum, Ezech. 27. An in ipsam regionem fuerit Christus ingressus? dicam quaest. seq. in principio.

D. Marcus habet: Et ingressus domum. Addit Syriacus, quandam, scilicet hospitium quoddam loci illius. Et neminem voluit scire. Syriacus, Nolabat, ut quisquam ipsum sciret. Voluit voluntate humana, ut nullus sciret eius aduentum: se enim in hospitium recepit, ut tantisper à praedicandi munere requiesceret. De quo q. 2. Et non potuit. Quamuis enim more humano se occultaret, per ea, quae egit, non potuit latere. Et non est sermo de potentia diuina absoluta; nam secundum illam multi erant latendi modi; sed iuxta humanam dispositionem non valuit tunc latere: noluit enim Pater, ut omnino tunc Gentibus esset absconditus.

QUESTIO I.

Quare Christus abiit in partes Tyri, & Sidonis?

IN limine huius quaestionis dubitari potest: An Christus Dominus ipsos Gentium fines fuisset ingressus? Negant D. Paschasius lib. 7. in Matth. & Maldonatus in praesenti. Dicunt enim, quod solum venit in fines Galilaeae, vbi Tyrus, & Sidon sitae erant. Ne Iudaeis daret calumniandi occasionem, quòd ipsis derelictis, quibus erat promissus (inquit Paschasius) transibat ad gentes. Tamen, quod re vera venisset in partes Phoeniciae, vbi erant Tyrus, & Sidon, videntur docere D. Chryso- stomus homil. 53. Abulens. q. 56. Et hoc aperte colligitur ex D. Marco. Non enim ait Euangelista, venit in fines Galilaeae, sed ait: Abiit in fines Tyri, & Sidonis; & ingressus

gressus domum quandam, quae scilicet erat ad ipsos fines. Et postea eod. cap. 7. n. 31. ut habet nostra Vulgata, Exiens de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilaeae. Ad fundamentum contrarium statim patebit solutio.

4. Ratio diffi- cultatis. Matth. 10. Praelens quaestio inquit: Quomodo Dominus abiit in ipsas Gentium partes: ipse enim mandauit suis Apostolis: In viam Gentium ne abieritis, Matth. 10. n. 5. Quomodo ergo ipse in has vrbes ingreditur, quas suis Apostolis prohibebat?

5. D. Chryso- st. Abulensis. Respondet primò D. Chryso- stomus homil. 53. Abulensis q. 57. Primum illud adducimus, ait citatus Chryso- stomus, quia non tenebatur ipse, quae Discipulis seruanda praecipit, omnino conseruare. Ipse enim non ardebat suis legibus, non enim illis erat inferior, sicut & Discipuli eius subiiciebantur.

6. Euthym. Theophil. Secundò, Euthymius, Theophylactus. Christus in praesenti nihil agit contra suum mandatum: nam illud datum praecipit erat de missione facta ad praedicandum, ut patet ex cit. Matthaei loco; at verò ad comedendum non erat illicitum, gentilium ciuitates ingredi; hancque de causa aliquando misit Christus suos Discipulos ad quandam Gentilium, & Samaritanorum locum ad parandos ibi cibos. Luc. 9. num. 52. Deinde citatum praecipit intelligendum erat de praedicatione publica; non verò de occulta: hic autem tranfit occulte, ut ait D. Marcus: Ingressus domum, neminem voluit scire. Si autem intenderet praedicare, omnibus se manifestaret. Vnde etiam nec curationem impendere intendebat, nisi magna mulieris instantia facta. Sic ait Euthymius: Non abiit praedicaturus, sed ut paululum requiesceret.

7. D. Chryso- st. Tertio. D. Chryso- stomus citato loco: Considera omni beneficio dignam mulierem fuisse; non enim ausa fuit in Iudaeam abire, quando se ipsam indignam putabat: nisi enim is timor eam deterrisset, Ierusalem ipsa profecto perisset: quod partim ardore fidei sua, partim, quae terminos suos egressa fuerat, comprobatur. Humilitas eximia mulieris ipsam detinebat, ne in sanctam ciuitatem Ierusalem ad Christum quaerendum veniret: tanta ergo ipsa humilitas Christum attraxit, ut ad illos gentium terminos, non obstantes eius praecipit accederet, ut mulieri opitularetur, ut subueniret.

8. Iudaei benefi- cio indigni. Quarto, & ad litteram. Videbat Dominus iram, & odium Pharisaeorum, & quod beneficiis, nempe sua doctrina, ac miraculis peiores fiebant: ut ergo hanc malevolentiam declinaret, tranfit in Gentilium fines, quales erant Tyrii, ut illis suam doctrinam, ac miracula, quae Iudaei contemnebant, impertiri inchoaret.

9. D. Hieron. D. Paschal. Quintò, D. Hieronymus, D. Paschasius lib. 7. in Matth. Scribit, inquit, & Phariseis calumniatoribus derelictis, transgreditur in partes Tyri, & Sidonis, ut Tyrios, Sidoniosque curaret. Expende illud: Cum multis vitiis essent infecti, ob calumniationem tamen maxime merentur à Domino deserui. Ad nostrum intentum. Cum Iudaei increduli persistissent in sua malitia, nolentque recipere diuinam doctrinam, à Domino datam, de obseruatione escaerum, quae eis erat conueniens, & necessaria; cumque malitia sua se indignos effecissent Pharisei; ad fines Tyri, & Sidonis tranfit, ut tanquam omnium bonorum auxiliator eis subueniat, gentes ad se aduocet, ac ducat. ipse enim gratia sua nos prauehit ad bonum opus nostrae salutis, ut de fide est certum ex Concil. Trident. sess. 6. can. 3. de iustificatione. D. Bernardus Epistol. 146.

ad Burchardum Abbatem. Tu ergo, frater, agnosce te prauehitum in benedictionibus dulcedinis, non à me, qui nihil sum; sed ab illo, qui me, ut de tua salute mouerem, aspirando prauehit.

Ait Regius Vates Psal. 76. num. 11. Nunc coepi: hac mutatio dextera. Excelsi. Agnosce, se incepisse iam in bonis operibus; hoc tamen fatetur, non à se, sed à gratia diuinæ manus prauehitisse. D. Hieronymus lib. 2. aduers. Pelagian. cap. 7. Insti vox est, ait, qui post medicationem somni, & conscientia Cruces, ad extremum ait: Nunc coepi, penitentiam agere (qui enim, ut debet, penitentiam agit, illico instus efficitur) vel scientia lumen intrare; & hac ipsa de bonis ad meliora mutatio, non mearum virium, sed dextera, & potentia Dei est.

Dilectus meus mihi, & ego illi. Cantic. 2. num. 16. Prius commemorat Dilectum sibi adesse, quam se ipsam suo Dilecto: imò fatetur sui Dilecti gratia esse praentem, ut ipsa toto amore, ac affectu in eum feratur. D. Bernardus serm. 67. in Cantic. Sponsa rectius, ait, locuta est, non praedens meritum, sed praemittens beneficium, & se prauehitam Dilecti gratia confitens.

QUESTIO II.

Quare Christus voluerit, quòd nemo sciret eius aduentum?

12. D. Marcus. I T D. Marcus in suo textu, quod Christus D. ingressus domum, neminem voluit scire, & non potuit latere: circa quae duo inquitenda sunt. Primò: Quare voluit, neminem scire? Secundò: Quare non potuit latere?

Ad Primum. Ait Beda, Dominum praecipisse Discipulis ne cuiquam in Regione ignota, quis ipse esset, aperirent. De hoc tamen rationem inquirimus. Primò, Euthymius ait, quod illic venit requiescendi causa. Secundò, Theophyl. D. Paschal. lib. 7. in Matth. Ne vllam Iudaeis daret calumniandi occasionem, quod scilicet ipse non esset Messias Iudaeis promissus, siquidem illis relictis, tranfret in partes Tyri, & Sidonis, gentilium nempe ciuitates. Hæc est enim magnotum virotum consuetudo, calumniandi nimirum anam amputare. Tertio, Quia adhuc non erat praedicandi gentibus praescriptum tempus. Res enim in sua occasione, ac tempore operanda. Quarto, Cum Christi nomen iam totum orbem impleteret, veniens in fines Tyri, & Sidonis voluit latere, ut gloriam, & honorem ab illis hominibus ei deferendum, fugeret. Vide multa tom. 1. 2. & 3. Verbo laetantia.

Secunda quaestionis pars inquit: Quomodo ait D. Marcus: Neminem voluit scire, & non potuit latere: Nam velle, & non posse, non est diuinæ maiestatis, sed humanæ infirmitatis. Scriptum est enim: Omnia quaecumque voluit Dominus, fecit in Caelo, & in Terra, in mari, & in omnibus abyssis. Psal. 134. num. 6. & Apostolus ait: Voluntati eius quis resistit? Rom. 9. num. 19.

Rectè respondent Agatho Papa in 6. Synodo. in Epist. ad Augustos; & D. Damascenus lib. 3. de fide. cap. 17. Voluit latere, secundum voluntatem humanam; nam ingressus domum, veluti occultans se, Discipulis praecipit, sicut ait supracitatus Beda, ut silentium tenerent: attamen non potuit latere per hæc media; voluntas enim illa non fuit omnino absoluta, & efficax. Voluntas efficax semper

omnimodè impletur: per hanc enim certum est, quod potuit latere, imò & se inuisibilem reddere, vt ait Carthusianus. Cum ergo talis non esset hæc voluntas oculandi se, non potuit per illa media, quæ fuerant adhibita, omnino latere: nam quamuis Discipuli secretum tenerent, & ab eis non esset proditus Dominus; tamen ab aliis, qui vel erant in domo, vel qui eum ingredientem videbant, proditus est, & cæpit diuulgari, quòd in domo illa adesset, vt multi ad beneficia excipienda in domum illam confluerent. Ita Caietanus, Iansenius, Barradas, & alij.

Vnde ait D. Augustinus quæst. 77. ex Nouo Testamento: *Noluit se prodi, quod esset in domo; inquiri autem se non noluit: sic factum est, vt cum Saluator à Discipulis proditus non esset, ab alijs tamen proditus est; & cæpit sciri, quod esset in domo, vt intrarent ad illum, qui velent consequi beneficium.* Quamuis aliqua interponerentur impedimenta, ne Dominus manifestaretur; dum tamen sui inquisitionem non prohibet, sed se inquiri permittit, absque dubio ipse Dominus erat inueniendus; cum ipse asseueranter dicat: *Querite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis, Matth. 7. n. 7.*

Secundò. D. Petrus Chrysologus serm. 100. *Nunquid, ait, excolenda ita est mulieris fides, vt inclinetur Domini possibilitas, & voluntas? Aut est tanta sagacitas fidei, vt nolente Deo diuinum valeat inuestigare secretum?* Tanquam si sciscitando dicat, quod fidei perspicacitas maximè sit extollenda: nam quamuis Dominus in domo se vellet occultare, ac abscondere; tamen tantum fuit mulieris fidei acumen, vt ipsum Dominum ibi absconditum quæreret, ac introspiceret. *Vt nolente Domino diuinum valeat inuestigare secretum.* Quod de voluntate, non absoluta, sed inefficaci est intelligendum, vt modo supra explicauimus.

Tertiò. D. Paschasius lib. 7. in Matth. *Neminem scire voluit, & non potuit latere. Quod nemo sine admiratione potest legere.* Apostolus ait: *Voluntas eius quis resistit?* Rom. 9. n. 19. *Succumbit ergo necessitati, que non est absoluta voluntas.* Et minorat dominantis arbitrium voluntas, que suscipit aliquantulum difficultatum angustias. Tam vehemens est afflicti laborantis erga Deum necessitas, vt quamuis Deus ipse se velit abscondi, ab ipsa tamen necessitate ita allicietur moueatur, vt minimè ob suam ingentem pietatem cohibere valeat, quin illi optuleretur, ac subueniat; ipsa enim angustiati indigentia diuinam ad se attrahit voluntatem, vt ex nolente, vt quodammodo ita dicam, ad volendum inclinètur. *Succumbit ergo necessitati, que non est absoluta voluntas, & minorat dominantis arbitrium.*

Quartò. Cardinalis Hugo in cap. 7. Marci. *Non potuit latere, ait, de misericordia. Sicut dicitur de homine largo, quod non potest comedere solus.* Voluit Dominus secundùm voluntatem humanam latere; sed compulsi eum sua misericordia, ne omnino lateret.

Quintò. Sic magis rem explico. *Voluit latere, & non potuit.* In eo enim, quod se manifestaret, ac declararet, hominum salus, & remedium consistebat: & cum ita se res haberet, ex misericordia, ac bonitate sua non poterat latere. Ipse enim, cum ex ingenti pietate sua nostræ salutis sit maximè affectuosus, ea, quæ illius sunt, non valet prætermittere, ac denegare.

Suum Genitorem orabat Christus in Horto dicens: *Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste, Matth. 26. n. 39.* Et secundo orauit: *Pater mi, si*

non potest hic calix transire, &c. n. 42. Et iterum: *Orans tertio eundem sermonem, n. 44.* Quomodo Christus sic loquitur: *Pater, si possibile est.* Nunquid Deo aliquid est impossibile? Minimè sane. Cur ergo huiusmodi verbis sic Patrem orat? Quamuis enim, absolute loquendo, illud esset possibile; tamen ex misericordia, ac pietate videbatur quodammodo impossibile, vt Deus Pater de hominum remedio non ageret, mediante filij sui vnigeniti passione, per quam decreuerat, vt ipse filius pro mundi salute moreretur. D. Paschasius lib. 7. in Matth. ad illa verba: *Sic non potest hic calix transire: sic ait: Ista impossibilitas Patris, & filij non de impotentia venit, quia subest eis omnino posse. Impossibilitas ergo ista de iustitia venit, & bonitate Dei. Quia sic est omnipotens, vt iustus sit, ac bonus, & misericors. Et ideo, quantum ad vtramque naturam spectat, impossibile erat, ne nos bonitate sua, suæ iustitia, & misericordia saluaret, quos crearet.*

In primo Orbis molimine ait Deus: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, Genes. 1. n. 26.* Ad quid Deus ordinat, vt in homine insculpta sit sua imago? Cur ad tantum honorem exehit hominem? Altissima fuit diuina ordinatio; vt ex imagine impressa in homine alliceretur, ac veluti pignoretur Deus, vt imaginis suæ propria viscera non clauderet, illique quodammodo ex immensa sua pietate misericordiam denegare non valeret. Drogo Hostiensis serm. de sacramento Passionis, expendens illa verba sancti Latronis: *Domine, memento mei.* Sic ait: *Imaginis tuæ, Deus, miserere. Sed in quo agnoscam, misereri? In eo, quod imaginem meam in te video.* Maximè enim decet, vt similis consimili miseretur.

Matth. 15. Et ecce mulier Chananæ à finibus illis egressa, clamauit dicens ei: *Miserere mei, Domine fili Dauid, filia mea malè à dæmonio vexatur.*

VERSIONES.

- Vatablus.** Mulier, quæ à finibus illis venerat, clamabat ad illum: *Miserere mei, Domine fili Dauid, filia mea malè à dæmonio agitatur.*
- Syriacus.** *Miserere super me, Domine mi.*
- Arabicus.** *Malum habet dæmonium.*
- Euthymius.** *Malè à dæmonio torquetur.*
- Arias.** *Malè dæmonizatur.*

ALTER TEXTVS.

- Marc. 7. n. 25.** Mulier enim statim, vt audiuit de eo, cuius filia habebat spiritum immundum, intrauit, & procidit ad pedes eius.
- Num. 26.** Erat enim mulier gentilis, Syrophænissa genere: & rogabat eum, vt dæmonium eiiceret de filia eius.

EXPO

EXPOSITIO II.



22. Alb. Magn. fides dat animum.

CCE rem grandem denotat. Disposuerat enim Christus Dominus latere, Marc. 7. n. 24. *Mulier.* Albertus Magnus, *Sexu fragilis, modo masculinum sibi ingerens animum;* tam à vera fide armata, quàm à sua necessitate compulsa. *Chananæa*, genere nempe ex Chananæis. *A finibus illis*, à partibus illis, quas scilicet Iesus fuerat ingressus. Albertus Magnus moraliter. *A finibus illis, scilicet magnæ angustia, quam significat Tyrus; & malæ venationis, quam dicit Sidon, vt interpretatur D. Antonius Vlyssiponensis serm. in feria 5. post Dom. 1. Quadrag. Egressa, corpore, & animo, vt ait Carthusianus.* Corpore, quoniam è domo sua exiuit, vt quæreret Iesum: animo, quoniam Chananæorum impietatem, ac incredulitatem deseruit, credens in Christum. Vnde ait D. Hieronymus: *Mulier autem Chananæa egreditur de finibus pristinis, vt clamans filie inperet sanitatem.* Nec enim quis valet animæ sanitatem comparare, nisi prius à pristinis vitis, & occasionibus exeat; nec enim aliter Christo valet appropinquare. Chrysostronus homil. 53. *Terminos suos egressa adire ipsum ausa est.* Magnus huius mulieris ingenium notat Origenes homil. 7. ex diuersis in Matth. *Vide prudentiam femine: non iuit ad homines seductores; non questu inanes ligaturas, sed omnes relinquens diaboli cultus, venit ad Dominum.* Omnis ceteris ad verum medicum cucurrit.

22. Hieron. Exi à peccatorum occasionibus, vt Christo appropries Chrysostr.

Origen.

24.

Basil. Sel. Carthuf. Amor rationem non pensat.

Paschas.

Chrysostr.

Matth. 9.

Vulnus medico aperiendū, modūque eius prudentia committendū.

25.

Quomodo coheret Mattheus, & Marcus.

Græcus. Syriacus.

Clamauit. Ipsa bene cognoscens, sui generis homines à Iudeis immundos reputari communiter, ad virum sanctissimum non audebat accedere; clamataque propter suæ necessitatis magnitudinem. D. Basilus Seleucus orat. 20. *Verendum omnem calamitatem exciuit.* Carthusianus, *Oblita est, ait, feminea verecundia, clamans sine rubore, nam excessiuus amor rationem non pensat.* Magnis vobis dicebat mulier: *Miserere mei, Domine.* Dominum appellat, in cuius ditione cuncta sunt posita; audierat enim Chananæa eius miraculorum famam, in quibus maximè resplendebat eius pietas, & potestas; & vtramque sibi petit mulier. *Fili Dauid.* Gentilis femina fatetur, vt notat D. Paschasius lib. 7. in Matth. Christum Iesum esse verum Messiam, & Seruatorem, à Deo Iudæis promissum. *Filia mea malè à dæmonio vexatur.* Eleganter D. Chrysostronus homil. 53. *Non ausa fuit ad Magistri, & Domini conspectum demoniacam filiam adducere; sed illa domi iacere dimissa, sola ipsa ad supplicandum proficiscitur: & morbi quidem genus exponit tantummodo, nec quicquam addit. Medicum autem, non domum suam, vt Regulus ille, ducere conatur, qui dicebat: Veni, impone manum tuam.* Matth. 9. n. 18. *Sed calamitatibus suis expositis, & morbi magnitudine narrata, misericordiam à Domino postulabat vehementer.* Vulnus suum medico tantum exponit, à quo filia sanitatem obtinere valebat; modum beneficij non assignat, sed totum pietati, misericordiae, ac prudentiæ Domini committit.

D. Marcus narrans hanc historiam, vt patet ex eius textu, ait. *Mulierem Chananæam domum, in qua Christus latebat, ingressam fuisse. Intrauit, & procidit ad pedes eius.* D. Mattheus tamen in præfenti hanc historiam extra domum contigisse scribit; mulierem enim post Christum, & Discipulos clamasse, narrat. Respondeo, & primò, quòd pro intrauit, in textu Marci, Græcus, & Syriacus

habent, venit: quasi quod mulier expectauerit, vt Christus è domo exiret, vt ait Lucas Burgensis. *Burgens.* Quia tamen nostra Vulgata magnæ est auctoritatis, & habet intravit, dicendum est cum Augustino lib. 2. de consensu Euangel. cap. 49. Paschasio, Beda, Haymone, Abulensi q. 63. *Mulierem primò introuisse domum, in qua Christus latebat, atque ad eius pedes prouolutam pro filie sanitate rogasse, vt scribit D. Marcus.* Tunc Christus, nullo dato responso, è domo exiuit: mulier autem post eum, per viam clamans, ipsum est secuta, vt scribit D. Mattheus. Et ita duo Euangelistæ optimè inter se concordant.

QVÆSTIO III.

Quare notatur ab Euangelista, quòd mulier hæc esset Chananæa? An re vera talis esset ex genere?

MVLIER hæc dicitur Chananæa, non ex Cana Galilææ, vbi Christus aquam mutauit in vinum, vt vult Adrichomius in descriptione Tribus Aser n. 31. Sed dicendum est cum D. Chrysostrono homil. 53. D. Basilio Seleuco orat. 20. Abulensi q. 59. D. Thoma, Carthusiano, & alijs sic dictam, quia originem trahebat ex Chananæis, posteris Chanaan, filij Noë. Chananæus vnus fuit ex septem populis, qui Palestinam iuxta mare habitauit. Numer. 13. n. 30. Ab Hebræis, duce Iosue, expulsus fuit ex terra, non ex tota, sed ex aliqua parte; aliqui enim remanserunt in Phœnicia Prouincia, Tyro scilicet, & Sydone, quam nunquam Hebræi debellare valuerunt. Cham primogenitus Chanaan vocatus est Sidon. Genes. 10. n. 15. Ipse enim Sidonis vrbs conditor extitit; sicque Sidonij inter Chananæos numerantur. Iud. 1. num. 31.

D. Marcus hanc mulierem Syrophænissam vocat, quos enim Græci dicunt Phœnices, Hebræi Chananæos appellat. Sicque pro eo, quod est Iosue 5. n. 1. *Reges Chanaan*, vertunt Septuaginta, *Reges Phœnicia.* Ex quo hanc mulierem, quam D. Mattheus scribit Chananæam, D. Marcus Syrophænissam dicit, hoc est, vt habent Syriacus, & Arabicus ex Phœnicia Syriæ. Vel, vt aliqua exemplaria Græca, *Syram Phœnicam.* Hoc est ex Phœnicia, quæ est inter terminos Syriæ. Extra Syriam erant alij Phœnices, vt Libyphœnices, & Pœni, siue Afri, qui lingua puniæ, quæ Hebræis est vicina, teste D. Hieronymo, utebantur. D. Marcus hanc mulierem dicit gentilem, pro quo vertunt Arabicus, Vatablus *Græcam*: nam apud Iudæos omnes exteræ nationes, maximè in Nouo Testamento, Græci vocantur. Roman. 1. n. 16. & 2. n. 9. & 10. n. 3. & 1. Corinth. 1. n. 22. Ad Galat. 3. n. 28.

Prima quæstionis pars inquit: Cur in hac muliere non solum exprimitur miraculum, sed etiam generis conditio, quòd esset Chananæa; itaut etiam D. Marcus non contentus fuerit eam gentilem dicere, sed vterius Syrophænissam vocarit, hoc est ex Phœnicia Syriæ, quod idem est, ac Chananæa: & non exprimitur nomen proprium huius mulieris, vt in alijs miraculis, verbi gratia, in Archisynagogo, qui dicebatur Iairus Luc. 8. num. 41. Magis enim nobilitata est sua magna in Christum fide, quàm quocumque alio nomine suo.

Primò

Carthuf.

Caietan. Iansenius. Barradas.

16. D. August.

Dominus inuenitur à quærentibus.

Matth. 7.

17. D. Chrysol.

Quamuis Deus se velit occultari, à vera fide inuenitur.

18. D. Paschas. Rom. 9.

Necessitas Deum etiam nolentè quodammodo ad se inclinat.

19. Hugo. Christi pietas.

20.

Christi misericordia non potest denegare ea, que sunt nostra salutis.

21. Matth. 26.

Burgens.

August. Paschas. Beda. Haymon. Abulens.

26.

Adrichom.

Chrysostr. Basil. Sel. Abulens. D. Thom. Carthuf.

Num. 13.

Genes. 10.

Iud. 1.

27.

Iosue 5.

Septuag.

Syriac. Arabicus.

Hieron.

Arabicus.

Vatabl.

Rom. 1. 2. & 10.

1. Cor. 1.

Ad Galat. 3.

28.

Mulier plus nobilitatur fide, quàm nomine, Luc.